Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et hebraicis: Hic est rex iudeorum. Unus autem exhis qui pendebant latronibus
blasphemabat eum dicens. Si tu es xpc: salvum fac te metipsum et nos. Re
spondens autem alter increpabat illum dicens. Neque tu times dm. quod in eadem dam
nacione es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic vero nichil
mali gessit. Et dicebat adiesu. Dne memento mei cum veneris in reg
num tuum. Et dixit illi iesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.
Erat autem fere hora sexta: et tenebre facte sunt in universa terra usque in hora
nona: et obscuratus est sol. Et velum templi scissum est medium. Et clam
ans voce magna iesus ait. Pater: in manus tuas commendo spm meum. Et
hec dicens exspiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat: glorifi
cavit dm dicens. Vere: hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum
qui simul aderant ad spectaculum istud et viderunt quia fiebant: percutientes
pectora sua revertebantur. Stabant autem omnes noti eius alonge:
et mulieres que secute erant eum a galilea hec videntes. Et ecce
vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus. Hic non consenserat
consilio et actibus eorum. abarimathia civitate iudeorum qui expectabat et
ipse regnum dei: hic accessit ad pylatum. et petiit corpus iesu. Et dep
situm involvit in sindone. et posuit eum in monumento excisso: in quo nondum
quisquam positus fuerat. Feria v. in cena dni. Ad Completorium
Fratres. Convenientibus vobis in unum: iam non est dominicam cenam manducare.
Unusquisque enim suam cenam sumit ad manducandum: et alius
quidem esurit. alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducan
dum et bibendum aut ecclam dei contemnitis et confunditis eos qui non
habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim acce
pi a dno quod et tradidi vobis: quoniam dns iesus in qua nocte tradebatur
accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Hoc est corpus meum quod pro
vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem
postquam cenavit dicens. Hic calix novum testamentum est in meo san
guine: hoc facite quotiens cumque bibetis in meam commemorationem. Quo
tiens cumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem
dni annuntiabitis. donec veniat. Itaque quicumque manducaverit